

3143

## C O D I C E S

3144

*Te rogo criste pye meritis precibusque marie  
Per loca tue vie. Me rege tota die.  
Angele qui meus es custos pietate superna.  
Me tibi commissum Salua defende gubernata  
Angele mi care Michi protinus auxiliare  
Tu mei sis fortis. Custodia tempore mortis.*

## DCCCC.

40 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 59. f. max. in pius usus Ejusdem Principis litera unciali scriptus, auro, coloribusque decens, *Psalms*, *Hymnos*, facrasque ad Deum et Coelites *Preces* continet. Praecedit *Calendarium*. Fol. 19. pag. 2. in Oratione: *Deus regnorum omnium &c.* et: *Deus qui conteris &c.* diserte legitur: *da seruo tuo michi Frideric*, et *auxiliare queso mihi famulo tuo Frideric*. In Angelorum invocationibus semper memoratur et *Uriel*. Denique nemo pae-ne Coelitem, quos Ecclesia colit, est, ad quem non oratio quaedam dirigatur. Augustum possessorem praeter rationem jam adductam comprobatur cum familiare ejus *Symbolum A. E. I. O. V.* thecae anteriori coriaceae a Biblio-*pega* exterius impressum, tum adpictum thecae posteriori interius *Insigne* Provinciarum *Frideric* subditarum scuta completum.

## DCCCCI.

531 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 32. 4. luculente scriptus, rubricisque notatus est *Liber Precum*, in usum quondam

*Ejusdem*, ut liquet fol. 15. exaratus; ibi enim Oratio incipit: *Deus regnorum omnium — da seruo tuo michi Frideric &c.* Praeit *Calendarium*. Reliqua *Psalms*, *Hymnis*, *Litaniis*, et *Orationibus* ad diversos Coelites definiuntur. Inter *Archangelos* non semel occurrit *Uriel*. Praetextum est folium, cui a diuersa manu inscripta sunt plurium Sanctorum Nomina, et a priore quidem manu, quam ipsius *Frideric* puto, haec sunt: *Vnser frau von den engeln gen himel gefurt in der Sun vnd den man vnder den fueffen. Vnser frau mit den kind in der sun den man vnder den fueffen &c.* E quibus conjicio Principis mentem fuisse, ut hisce *Picturis Codex* ornaretur. Quod tamen cur intermissum sit, non liquet.

## DCCCCII.

Codex chartaceus lat. Sec. 131 XV. Folior. 28. f. caractere luculento conscriptus continet *Psalms* aliquot et alias *Precationes* ad Deum, Christum, B. V. et Coelites pro variis opportunitatibus. Hinc inde tamen aliquid superstitionis adlitum invenitur.

## DCCCCIII.

3145

## LITURGICI.

3146

## DCCCCIII.

<sup>132</sup> Codex, ut antecedens, et ejus Pars altera, Folior. 20. f. continet *Preces* ante et post susceptionem *Eucharistiae* dicendas.

## DCCCCIV.

<sup>404</sup> Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 57. 4. luculente scriptus, *Iconibus Sanctorum* nunc 23. periit enim *Icon Sebastiani*, ornatus, literis initialibus et limbis florulentis auro coloribusque decoratis, sacras *Preces* continet ad usum quondam *Alberti VI. Archid. Austriae filii Ernesti* dicti *Ferrei*, et fratris *Friderici III. Imp. anno 1463. aet. 45. defuncti*, cujus sedentis, togati, capite pileum archiducalem gestantis, capillo, barbaque flavescente, et manibus corollam precatoriam volventis Effigies conspicitur fol. 1. p. 2. Liquet istud ex oratione fol. 27. ubi: *Et me indignum famulum tuum Albertum vnacum omni gradu ecclesiastico in omni sanctitate custodi.* Initium porro facit *Calendarium* prima fronte *Scutum gentilitium Archid. Au-*

*striae* exhibens, in quo peculiari-ter rubra *Festa Valentini ep. Blasii ep. Floriani Mart. Gangolfi Mart. Jobannis et Pauli Martt. Vdalrici ep. Margarethae virg. Inuentio s. Stephani. Translatio s. Valentini. Oswaldi regis. Augustini ep. Egidii abb. Colomanni hic dicti ep. et Nicolai ep.* Deinceps sequuntur *Evangelii S. Job.* initium, *Psalmi* dicti *Poenitentiales*, *Litaniae OO. SS.* in quibus raro exemplo *S. Helior* et *S. Czimburga* invocantur; *Czimburga* putem ob nomen *Matris Alberti*, quae *Alexii Massoviae Ducis* filia fuit. Haec excipit *cultus* variorum *Sanctorum* per *Antiphonam*, *Versum* et *Orationem*, praefixis, ut supra dictum, depictis *Singulorum iconibus*. Tum rursus quaedam *Preces ad Christum*, quae in praeviis *Rubricis* dicuntur *Indulgentiis* roboratae a *Bonifacio VIII.* item *Gregorio M.* item *Nicolao V.* et *Callisto III.* anno *Pontificatus sui secundo*, unde adparet *Librum nostrum* non nisi post an. 1455. scriptum fuisse. Finem imponit *Hymnus ad B. V.* versu hexametro:

O veneranda dei mater benedictaque virgo  
Salve millesies pulcherrima nympha maria &c.

praevio schemate picturato *Quercus*, cujus singulis foliis titulus quidam *Servatoris v. g. Ihesus liber signatus. Iesus vultu velatus* &c. singulis vero glandibus virtus aut proprietates ejus aliqua inscripta est, puta: *Eternitas diuini*  
Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

*regni. Equitas futuri iudicii* &c. Arbor haec ad imitationem illius facta videtur, quae famoso *Conformatum S. Francisci cum vita I. C. Libro* in edit. *Mediol. 1510.* et 13. f. facem praefert, multoque jam ante in *Mss.* praetulerit.  
S s DCCCCV.